

publicacionis indulgentiarum illarum in Salczburga primo (nämlich 1451 II 3), que postea quasi in simili forma publicata sunt in (folgt getilgt Fris) Monaco, sed sub littera vulgari (1451 III 18), postea in Frisingia (1451 III 24). Vgl. unten zu diesen Daten. — In K folgen nach einer Erklärung des NvK die von B. Johann von Eichstätt 1451 IV 5 verkündeten Ablassbestimmungen des NvK, in W die entsprechenden Bestimmungen B. Gottfrieds von Würzburg von 1451 V 19. Vgl. dazu ebenfalls unten zu diesen Daten.

1450 Dezember 29, Rom St. Peter.

Nr. 953

Nikolaus V. an NvK in partibus Alamanie apostolice sedis legatus. Er ernennt ihn zum Legaten und erteilt ihm Vollmachten für die Kirchenreform in Deutschland.

Kop. (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 391 f. 17^r-18^r (= R).

(um 1460): MÜNCHEN, Univ.-Bibl., 2^o Cod. ms. 255 f. 24^r. Zur Hs. (an der Kurie entstandene Formelsammlung) s. N. Daniel, G. Schott, P. Zahn, *Die lateinischen mittelalterlichen Handschriften der Universitätsbibliothek München. Die Handschriften aus der Folioreihe. Zweite Hälfte, Wiesbaden 1979, 10-17; zu Nr. 953: 11 (= M). Höchstwahrscheinlich Abschrift von R.*

(späteres 15. Jh.; in Kopien der 1451 VI 5 von NvK in Erfurt vorgenommenen Transsumierung von Nr. 953 für die Bursfelder Kongregation (s.u. unter diesem Datum) innerhalb von Abschriften der Kongregationsprivilegien):

(2. H. 15. Jh.): TRIER, Stadtbibl., Hs. 1262/583 (aus St. Matthias) f. 34^v-35^r. Zur Hs. s. Keuffer-Kentenich, *Beschreibendes Verzeichnis VIII 261 (= T).*

(innerhalb der Transsumierung der wichtigsten Urkunden der Bursfelder Kongregation, die Eb. Johann von Magdeburg 1471 IX 23 durch den Notar Bernardus Beker in drei Exemplaren vornehmen ließ; vgl. P. Volk, *Das Archiv der Bursfelder Benediktiner-Kongregation I (Seckauer Geschichtl. Studien 5), Seckau 1936, 5; Or. Perg.-Hefte*): DARMSTADT, StA, A 2 (Mainz, St. Jakobsberg), 1471 September 23; vgl. Volk, *Verbleib 293f. Nr. 19; Volk, Urkunden 132-134 Nr. 39. Nr. 953: f. 3^r-4^r (= D).* — KÖLN, *Hist. Archiv des Erzbistums, PfA, Groß St. Martin, Bu U 6 (alt: A 8); vgl. Schäfer, Inventare und Regesten III 199; Volk, Verbleib 256 Nr. 6 (= K).* — Ein drittes Exemplar erhielt das Peterskloster in Erfurt; s. Volk, *Archiv 5.*

Die drei Transsumpte von 1471 liegen in mehreren jüngeren Kopien vor, die im folgenden kaum vollständig erfaßt sind (für unsere Zwecke wohl auch nicht insgesamt erfaßt zu werden brauchen). Geprüft wurden: KOBLENZ, LHA, ehemals 701 A VII 1, 69 a f. 154^v-155^r, jetzt 128, 1279 p. 290-292 (aus Maria Laach). Abschrift des Notars Rutgerus Arnssberg (15. Jh.), wie K. — KARLSRUHE, GLA, 67/1346 (755) f. 231^{rv} (aus Kloster Sponheim). Geschrieben um 1491 im Auftrag des Tritbemius durch Jacobus Cube aus dem Karmeliterkonvent in Kreuznach. Zur Hs. s. *Inventar des Großherzoglich Badischen General-Landesarchivs I, Karlsruhe 1901, 179. Abschrift von D.* — KÖLN, *Hist. Archiv des Erzbistums, PfA, Groß St. Martin, Bu U 5 (alt: A 6). Stark beschädigte Transsumierung durch einen Abt von St. Ägidien zu Nürnberg, Ende 15. Jh.; vgl. Schäfer, Inventare und Regesten III 199; Volk, Verbleib 255f. Nr. 5. Vorlage nicht ganz eindeutig.* — KÖLN, *Hist. Archiv des Erzbistums, PfA, Groß St. Martin, Bu U 7 (alt: A 12) f. 24^v-25^r. Umfangreichere Abschriftensammlung, darin u.a. das Beker-Transsumpt, Ende 15. Jh.; vgl. Schäfer, Inventare und Regesten III 199f.; Volk, Verbleib 256 Nr. 7. Abschrift von K.*

Die Hs. BEURON, Abteibibl., 8|II, die Volk für seinen Druck benutzte, fehlt seither, wie mir der Bibliothekar P. Theodor Hogg am 30. 3. 1981 mitteilte.

Druck: Volk, *Urkunden 83f. (nach T, Karlsruhe und Beuron).*

Teildruck: *Sanctissimi domini nostri Pii papae sexti responsio ad metropolitanos Moguntinum, Trevirensen, Coloniensem et Salisburgensem super nunciaturis apostolicis, Rom 1789, 253; Lüttich 1790, 32ff.; Pastor, Geschichte der Päpste I 829f. Nr. 37 (alle drei nach R).*

Erw.: Raynaldus, *Annales, ad a. 1450 n. 10 (Baronius-Theiner XXVIII 536); Hansen, Westfalen II 55*; Berlière, Origines 481 und 491; Zibermayr, Legation 3; Vansteenberghe 89f.; Volk, Archiv 175; Klubansky, Plato's Parmenides 293; Koch, Briefwechsel 12 Nr. 68; Koch, Umwelt 58; Schröer, Legation 307; Sullivan, Nicholas 391f.*

Nicolaus usw. dilecto filio Nicolao tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali in partibus Alamanie¹) apostolice sedis legato salutem usw.

Divina disponente providencia in suprema dignitatis atque auctoritatis specula constituti quotidiana ecclesiarum omnium sollicitudo et Christi ovium cura nos urget, ut ea agamus et, quantum humana prudentia permittit, omni studio procuremus, ut per diligencie nostre opus 'villicacionis' a deo nobis credite bonam possimus altissimo 'reddere rationem'.²⁾ Cum ergo in multis orbis partibus multa esse dicantur, que causante temporum malicia requirunt in spiritualibus reformacionem, nos ad presens Alamanie parcium tanquam pius parens curam suscipiendam duximus, ut pax ubique vigeat et firmetur, ut ecclesie et ecclesiastice persone illius feliciter regantur in domino et, que reformanda aut corrigenda essent, ita dirigantur et disponantur in melius, ut exinde ecclesiarum utilitas incrementum suscipiat et animarum salus per dei gratiam subsequatur. Cogitantes autem nobiscum, quis potissimum ad hanc tantam rem esset aptissimus, tua nobis circumspectio specialiter occurrit, cuius sapiencia et virtus tum omnibus tum nobis precipue nota est et cuius prudentia in multis arduis negociis sancte Romane ecclesie et sedis apostolice diucius comprobata. Scimus te singulari doctrina preditum. Novimus circumspectionem et diligenciam, quam suscipis, ut fides et christiana religio augeatur. Scimus, quanto desiderio affectes, ut tollantur hereses et ut vinea domini Sabaoth a bonis agricolis colatur. Scimus vigere maxime in te 'zelum domus dei'³⁾ et tuam esse precipuam curam, ut fides catholica exaltetur, ut boni mores ubique vigeant, ut vicia de cordibus et operibus hominum extirpentur, ut extollantur boni, mali autem castigentur, ut ad viam domini reducantur. Quod si qua in te animus tuus unquam fervens fuit ad religionem, fidem et devocionem propagandam, certi reddimur profecto, quod ardentissimus erit ad ostendendam sapienciam et virtutem tuam in ea provincia, ex qua ortus es et ad quam geris specialem benivolencie et caritatis affectum.

Que nobiscum una cum venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus maturo consilio cogitantes et tractantes te de eorundem fratrum consilio et assensu in Alamanie partibus pro reformacione ecclesiarum, monasteriorum et aliorum locorum ecclesiasticorum et personarum in illis degencium earundem parcium legatum de latere auctoritate apostolica facimus, constituimus et etiam deputamus, tibi pacem inter omnes dissidentes tractandi et componendi, treugas insuper ad tempus, de quo tibi videbitur, indicendi necnon ecclesias singulas tam metropolitanas quam cathedrales, monasteria, prioratus, preposituras, dignitates, ecclesiastica beneficia quecumque et hospitalia earundem parcium tam secularia quam regularia, exempta et non exempta⁴⁾ quecumque ac personas in illis degentes auctoritate apostolica tam in capite — exceptis archiepiscopis et episcopis — quam in membris auctoritate prefata visitandi, reformandi, corrigendi, emendandi et puniendi, extirpandi hereses ac hereticos puniendi, prout secundum deum et utilitatem ecclesiarum, monasteriorum et aliorum beneficiorum ac personarum predictorum videris expedire, necnon in eisdem statuta et ordinationes de novo condendi et illa observari mandandi et faciendi, provincialia et synodalia concilia indicendi, celebrandi et tenendi et in eis illa, que ad honorem dei, statum et honorem nostrum et sedis apostolice, augmentum religionis et bonum regimen ecclesiarum, monasteriorum, beneficiorum et personarum ecclesiasticarum prefatarum, emendacionem morum et disciplinam ecclesiasticam spectent et tibi utilia visa fuerint, ordinandi et statuendi, deformata reformandi, contradictores quoque quoslibet et rebelles auctoritate nostra appellacione postposita compescendi — invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis — ac omnia alia et singula faciendi, agendi et exercendi, que tue prudentie in nomine dei videris expedire, plenam et liberam eadem auctoritate concedimus tenore presencium facultatem.

Über dem Text gleichzeitig: Deputatur legatus de latere super reformandis monasteriis et ecclesiis Alamanie partibus cardinalis de Cusa tituli sancti Petri ad vincula *M* 1–2 Alamanie: Almanie *MT* Alamannie *K* 4 Christi ovium: christianorum *M* ovium: omnium *R* 7 Alamanie: Almanie *MT* Alamannie *K* 9 essent: erunt *T* ita: ut *TDK* 12 cuius: eius *RM* 16 domus *fehlt* *RM* 18 ut(2): aut *RM* 19 qua: quando *MT* 20 erit: eris *RM* 23 consilio: consensu *M* Alamanie: Almanie *T* Alamannie *K* 26 dissidentes: defidentes *D* desidentes *K* 27–28 prioratus preposituras: preposituras prioratus *T* 32 et(2): ac *D* ac: et *M* 36 prefatarum: prefatorum *RM* emendacionem: emendacione *DK* 37 spectent: expectent *M* spectant *T*

¹⁾ Zu dem Problem der sich aus der Legationsumschreibung Alamanie in Nr. 952–955 ergebenden Kompetenz des *NuK* auch im nicht-„germanischen“ Lüttich s. Vansteenberge, *Cardinal-légit 114–116*. Vgl. auch die oben genannte *Pii papae sexti responsio*.

²⁾ *Luc.* 16,2.

³⁾ *Ps.* 68,10; *Ioh.* 2,17.

⁴⁾ Zu den hier anknüpfenden Überlegungen bei Koch, *Umwelt* 58f. und 174, s. jetzt Nr. 952 *Anm.* 20.

Tu igitur in virtute illius, a quo 'cuncta bona' procedunt⁵⁾ et qui, 'ubi vult, spirat'⁶⁾, confisus, suscipe hoc onus a nobis tibi impositum, in quo 'agrum' domini, ut solita est tua prudentia, colendo 'fructus uberes' reddes deo⁷⁾ et 'servus bonus' ab eo vocaberis⁸⁾, in cuius agricultura labores tuos impendes et qui 'centuplum' reddere consuevit.⁹⁾ Aderit enim tibi salvatoris nostri benignitas et te in hoc tam laudabili exercicio ita adiuvabit, ita diriget actus tuos, ut preter laudem et famam hominum eterna premia, que sola appetenda sunt, suscipere merearis.

43 a nobis tibi: tibi a nobis *K* 44 et(2): ei *T*.

⁵⁾ Vgl. *Eccle.* 3,11.

⁶⁾ *Iob.* 3,8.

⁷⁾ *Luc.* 12,16.

⁸⁾ *Matth.* 25,21 und 23; *Luc.* 19,17.

⁹⁾ Vgl. *Matth.* 19,29.

1450 Dezember 29, Rom St. Peter.

Nr. 954

Nikolaus V. an NuK apostolice sedis legato. Er beauftragt ihn, den Streit zwischen Eb. Dietrich von Köln und dem Hg. von Kleve beizulegen.

Or., Perg. (Bulle an Hanfschnur): KUES, Hosp.-Arch. 20.

Kop. (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 394 f. 247r.

Druck: Raynaldus, Annales, ad a. 1450 n. 10 (Baronius-Theiner XXVIII 536); Martini, Nachträge 171-173.

Erw.: Hansen, Westfalen II 55; Krudewig, Übersicht IV 261 Nr. 24; Vansteenbergh 90 Anm. 2 und 137 Anm. 3; Pastor, Geschichte der Päpste I 468; Koch, Briefwechsel 13 Nr. 69.*

Nicolaus *usw.* dilecto filio Nicolao tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali, apostolice sedis legato *usw.*

Cum procurante pacis emulo dissensiones et bella inter venerabilem fratrem nostrum Theodericum archiepiscopum Coloniensem et dilectum filium nobilem virum ducem Cliuensem dudum tempore felicis recordationis Eugenii pape iiiii predecessoris nostri fuerint exorta, nos postmodum pro illis sedandis dilecto filio nostro Iohanni sancti Angeli diacono cardinali, cum ipsum pro certis arduis nostris et Romane ecclesie negociis ad Alamanie partes legatum nostrum destinavisse, inter cetera commisimus, ut pacem et concordiam inter archiepiscopum et ducem prefatos ponere et statuere procuraret. Qua in re tua quoque prudentia, cum esset in minoribus constituta, multum studii et opere impendit. Et cum nonnulla inter eos conventa ad pacem et ordinata fuissent, tamen nondum illius effectum vidimus, quem summopere desideramus. Cum igitur pax huiusmodi sit admodum nobis cordi, quoniam ex ipsis bellis et dissensionibus infinita pene mala sunt subsecuta et, nisi provideatur, securura videantur, nos cupientes, ut futuris bellis et scandalis, quantum nostra opera potest fieri, obvietur, circumspeditioni tue, quem ad easdem partes Alamanie nostrum legatum de latere presentialiter destinamus, ad civitates, terras, castra et loca ipsis archiepiscopo et duci subdita accedendi ac prefatos archiepiscopum et ducem ac alios, quorum interest, ad pacem et concordiam exhortandi et requirendi illamque inter eos praticandi, componendi et statuendi ac etiam, ut inter ipsos concordata et conventa hactenus firmiter observent, suadendi et monendi ac treugas interim ad tempus, de quo tibi videbitur, de consensu partium indicendi omniaque alia et singula faciendi, agendi et exequendi, que pro bono pacis huiusmodi consequendo noveris expedire, plenam et liberam concedimus auctoritate apostolica facultatem. Nos enim proculdubio in misericordia altissimi et in tua sapientia speramus, quod tuis exhortationibus et operibus intervenientibus optatum fructum dicte pacis et concordie consequemur.

(*Nur im Register:*) Gratis pro persona d. cardinalis.

1450 Dezember 29, Rom St. Peter.

Nr. 955

Nikolaus V. an NuK apostolice sedis legato. Er beauftragt ihn mit der Rückführung und Reform der Böhmen.¹⁾